

BENEVOLO, AC RELIGIOSO LECTORI.

Uniformitas in ritibus, ac conformis in Divinorum Officiorum Ceremoniis observantia reddit Ecclesiam, sicut Sponsam ornatam, eique potissimum decus tribuit; Plurimum item iuvat ad excitandum fidelium devotionem erga Sacrosancta Mysteria, & ad representandam in terris triumphantem Ecclesiam, ad quam per solemnes ritus, & per Divinum Cultum ordinatè perfolutum tendere inflammamur: ad hanc uniformitatem, & parem in ritibus consonantiam servandam Providentissimus N. B. P. Ceremoniarum specialem Librum instituit, sed cum in illo non omnia tam distinctè explanentur, & plura non ampliùs sint in usu in Ecclesia Romana, quod praevidens idem S. P. nobis cautè praescripsit, Divinum Officium, Missamq; Celebrare juxtà Romanæ Ecclesiae Ritum, idèd plures ex Nostri pio zelo affecti Cereimonialia ad nostrum usum composuerunt, ut P. Ruiz, & ex hac Genuensi Provincia P. Laurentius de Peyrinis, & P. Theodorus Solarius, qui praecipuè ampliori explanatione rubricas dilucidè exposuit, incidentes difficultates solvit, Ritus, ac Ceremonias ad meliorem, & magis usitatam formam instituit, cum tamen praefati P. Solarii Cereimonialis jam pluries typis mandati, nunc temporis in toto nostro Ordine jam pendè consumpti penuria laboremus, idèd gratum omnibus fore duxi, idem ad lucem revocare, ne deficientibus penitus instrumentibus Ceremoniabilibus, ipsae Ceremoniarum regulæ deficiant, & pii ritus, debitaque observantiae in Divinis Officiis confundantur, vel ex diversitate Provinciarum
diversi-